Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 81
Quelle:
Copyright:

nen uuercben. unde allen ſinen Zierden. unde fergibo dir trobtin got almabtiger. ſcalclicbero (famularem) *geborſami* &c. et *fol.* 105. finit: *nu hilf aua* (vero) *du filo gnadige berro allen minen ungelouben.* Deſcenſus Chriſti ad limbum ſic exprimitur: *Ib glouba daz diu ſin beiligiſta ſela do fone demo lichnamen ze belli nider fuor* &c. Prolixior eſt haec Formula omnibus a *Schiltero T. ſuprac.* adlatis, et ex hoc *Cod.* extat in *J. G. Eccardi Append. ad T. II. Comment. de Reb. Franciae Orient.* p. 935.

Eam excipit *fol.* 105. alia inſcripta minio: *Confeſſio*, quae poſt 3. integra folia deficit in his verbis: *fliz gotes dieneſtis. alles gotes* —. Initium ejus, et quaſi continuatio ſuperioris eſt: *Nu ne han ib filo ſundiger mennisco leidir mir ne beine uuis rebte chriſtenlicho in guotemo lebenna* &c. Confeſſionem mox *Pigibeda*, dolorem *Riuuua*, abſolutionem *Antlaz* adpellat, nullaque Sanctorum mentione facta totum ad Deum dirigit. Abit haec *Formula* ab iis, quas ſeu adfert, ſeu citat *Schilterus*, et extat apud *Eccard. l. cit.* p. 938.

Fol. 108. reſumuntur *Pſalmi*, ut dixeram, quorum ultimo, quem ſuperius dedi, eodem *fol.* 212. quin eodem verſu adtexta eſt *Homilia in Lucae C. X. v. 1.* quae incipit: *Daz euangelium zelit uns. daz unſer berro ihesus chriſtus zuo den beiligen boton imo iruueltti ſibinciz. unta ziuueni iungerun. der er ie ziuueni. unte ziuueni. fure ſante mit ſinera predige in iegiliche burch unte ſtat. dare er ſelbi chomen uuolti.* &c. Deficit in verbis: *daz ſi denno den tarent.* (nocent) *den ſi frume ſcolten* —. Et continuo

Fol. 213. ſequitur *Canticum Iſaiae, Ezechiae, Annae, Moyſis* Exod. 15. *Habacuc*, et *Moyſis* Deut. 32. quorum initia jam praecepit *Lambecius* L. II. p. 759. quaeque *Schilterus* etiam cum *Pſalterio* impreſſa dedit e *Cod. Luberiano.*

Fol. 226. *Oratio Dominica.* Cum apud *Schilt.* e *Cod.* mox dicto, tum e noſtro apud *Lambec.* L. II. p. 462. et *Diet. von Stade l. cit.* p. 14. *Lambecius* tamen, neſcio cur, in fine ſubjecit locum *Notkeri*, qui non ad *Orationem Dom.* pertinet, ſed ingreſſus eſt ad *Symbolum Apoſtolorum*, quod pone ſequitur. *Diſen ſalmon beizen uuir giuuerf* (Gewerfa συμβαλλω) *uuanda in die beiligen poten giſaminoten. unde ceſamine giuurfen* &c. *Symbolo* ſuccedunt *Canticum Zachariae, Mariae* et *Symbolum Athanaſio* tributum, quae omnia quidem e *Cod. Luberii Schilterus* prodidit, quemadmodum e Noſtro *Eccardus l. cit.* p. 930. qui tamen *Cantica* omiſit.

Fol. 232. Symbolo continuo adſcripta eſt *Homilia in Matthaei* C. XX. de Operariis in Vinea. Quantum ex ea dedit *Lambecius* p. 760. tantum remenſus eſt *Schilterus* p. 76. Idque cum ſuperius adducta *Homilia* fecit, et cum ea, quae praeſentem excipit, eſtque in *Lucae* C. VIII. de Semi-